

FELIX IN FIDE CON-  
STANTIA,  
SEU  
TITUS NOBILIS JAPON,



Tayndono Bungi Rege frustra tentatus,  
ut Fidem Christi desereret.

A  
C O M Æ D I A  
SERENISSIMO, ac REVERENDISSIMO  
DOMINO, DOMINO

J O A N N I  
THEODORO.

S. R. I. PRINCIPI, & EPISCOPO  
FRISINGENSI, ac RATISBONENSI,

Utriusque Bavariae, & Palatinatûs superiori;

Duci, Comiti Palatino Rheni, Landgravio  
Leuchtenbergæ &c. &c.

DOMINO, DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

In humillimum Obsequium

D E D I C A T A

A Musis Benedictinis Episcopalis Lycei Frisingensis  
Die 2. & 4. Septembris Anno M.D.CC.XXXIX.

FRISINGÆ, Typis Joannis Christiani Caroli Immel, Typograp-  
Episcopalis, ac Lycei Frisingensis.

HEX IN EDE CON-

STATUTIA

THIS NOVIS JAPON

C O N G E D I A  
SERENISSIMO REVERENDISSIMO  
DOMINO



I O N I  
THEODORO.

S.R.I PRINCIPES ERISDOPO

PRINCIPES RATIONES

ULTRAMARICAE BRAVISSIMAE PRAESES TITULUS  
Domi. COMITI TASSONE SIST. TITULUS IO.

DOMINO DOMINIO ALIO CLAVANTISSIMO

ALIO CLAVANTISSIMO CLAVANTISSIMO

ALIO CLAVANTISSIMO CLAVANTISSIMO

A MILI DEGENS HEDO DE FERRE BURG

ANNO 1752. 1753. 1754. 1755. 1756. 1757. 1758. 1759.

LUDVICO, JESU JAPONI CHINGIS. C. 1759. T. 1760.

# ARGUMENTUM.

**S**ub initia saeculi, æræ Christianæ, decimi septimi, dum in Japonia Xogun, in Bungo Tayndono rerum potiebantur, grandis tempestas in Christianos excitata, Insulas, quibus tota serè innatæ Japonia, latè fidelium cruento purpuravit. Causa immanissimæ persecutionis, quæ Nerones etiam & Domitianos absolvere visa est, omnino erat, quod Imperatori identidem suggereretur, ex Hispania, & Lusitania eo solùm fine Praecones sacros (Missionarios appellant) legari, ut sospita paulatim Japonia fidem Europæam amplectetur, Regna perderet. Luctuosum illud maximè, quod, *surpis lucri gratiâ*, nonnulli, etiam Christiani, (bellè, si Superis placet, reformati) atrocissimam suspicionem suis calculis alerent, &, prò pudor! per calcatum Servatoris Crucem, aurum & gemmas quererent. Hæc universem. In Regno Bungi (ubi pro numero fidelium acerbior Tyrannis) Christianos inter quæ Natalium sorte, quæ pietatis fama, toto vertice eminebat Titus, novis sanè minis ad ejurandum Evangelium solicitatus. Habebat ille leclissimam conjugem *Marinam, Matthœum, Simonem, Filios*, pari omnes religione, quos Tayndono, sublaturum Patri se, dixerat; nisi ad sacrâ patriæ reverterentur. Dicto audientem ubi non vidit, re ipsa in Aula adesse jubet *minimum*, deinde *maximum natu, matrem tertiod*, quos manu carnificis exfos, Tito nunciari fecit, haud mitiora passuro nisi Christo mitteret æternum vale. Perdidit preces, minas Tyrannus, vocato tamen ad extremum Tito, supra, quam credi potest, facilis. Eventum implexæ rei Theatrum dabit.

Historiæ, quam Joannes Crasset lib. 14. *Eccles. Japonic.* f. 225. plenissime scripsit, pauca, suo jure, Poësis adjicit. Caterum cùm Act. oni verba quædam peregrina necessariò fuerint miscenda; & aliunde cuilibet genti peculiares sint mores, placuit ex laudato Crasset sequentia excerpere:

1. Japonia pars magna est Asiae Insulis potissimum constans, quarum tres notabiles, *Nippon, Ximo, & Nicoco*. Ximo Regnum Bungi complexa, saeculo 16. à Lusitanis detecta fidem Christi prima suscepit.
2. Toti Japoniæ in viginti Regna divisæ unus præst Imperator; ab initio saeculi 17mi Xogun.
3. Nudis semper Capitibus, quod quidem pro Scena nostra non facit, sunt Japones, sedendo venerantur Principes suos, ubique gemino acinace armati, nunquam coram R. ge.
4. Culti hæc præ ceteris gentibus, superstitione tamen ridicula tenentur, dum *Amidam* canino capite Deum adorant, ab illo *Daybutum, Xacam, Fotoquium &c.* quibus nihil fabulosius somniet vel Ovidius.
5. Regio, in quam proscriptis migrandum, dicta est *Nangasquis*.

## Innhalt.

**E**y Eintritt des siebenzehenden Jahrhunderts ließen Xocun Kayser in Japonien (weiss nit von seinen Bonzen / das ist / Höhen-Pfaffen / oder von einigen Paul-Christen / welche in diesem Reich die Handelschaft mit Aufschluss der Spanier und Portugesen / alleinig haben wolten / mehrer aufgehebet /) an alle unterhobende König gemässnen Beselch ergeben / ohne Zeit Verschub alle Christen aus dem Wege zu raumen. Es ist nit leicht zu sagen / mit was häufigen Blut der unschuldigen die Japon sche Inſlēn gefürbet worden. Als viel tauſen nur ein einz' ges Haus auf die Bühne zu stellen / wurde sonderlich Titus ein in dem Königreich Bungo adelicher des ersten Ranges von seinem König Tayndoro auff ein neue Arth / d. n wahren Glauben abzuschwören / angehalten. Es besuchte diser Fürst Titus in seiner Behausung selbsten / welches in diesem Lande ein außerordentliche Gnade heisset / umb ihne auf eine liebreiche Arth / von Christo ab / und wieder zur Abgötterey zu bringen ; da aber nichts verſtengte / trohete er ihm mit Ernst / es wurde gar bald Matthæus sein jüngster / Simon der ältere Sohn / hierauf Marina seine Gemahlin unter dem Henkers. Weil ihrer Köpf verlustiget werden / wann sie sich zu der Japonischen Religion nit bequemeten ; er / der Vatter därfste ohnedem nichts Klipplichters hofft. In der That / weilen Tytus keinen Nagl breit von der Christo in dem Heil Tauf geschworenen Treue abstehen wolte / wurde erstlich Matthæus ein Knab / der erst neun Jahr auf sich hatte / hierauf Simon / der umb sieben älter / endlich dero Mutter Mar na nacher Hoff beruffen / und alle (dann so liese es Tayndono dem betriebten Vatter berichten) um das leben gebracht. Nun schiene die Todts Reyhe an Tito zu seyn ; aber ein Wunderding ! es gewahne die Sach einen unerwarteten Aufgang : Der König wegen der holdermuthigen Standhaftigkeit dis Christlichen Edtmanns gleichsam oußer sich selbst gesetzet hat die dem Ansehen nach übel aufsehende Tragede mit einem Lustspiel beschlossen / zu welchen wir den geneigten Lefer höflichst einladen. Die Geschichte erzählt Joannes Crasset in dem 14. Buch Japonischer Kirchen Geschichten.

## PROLOGUS.

**I**Dololatria Christianam animam Fidei causâ omnibus spoliat. Die Abgötterey nimmet der Christlichen Eel alles ab / weilen sie sich von dem Glauben nit trennen lassen.

*Dololatria. Agite sociæ, ordinandæ sunt insidiae Christianæ anirræ, aut fidem deseret, fideique delira somnia, aut sese perdet & omnia. Hoc in horto parat genio indulgere; sed immane falleris, ô misera! inimica manus jam prævenere.*

*A R I A.*

Non auræ hic Etesiæ,

Succedent illis Africi,

Non uvaæ Philotesiæ,

Et his crateres Colchici,

Non blanduli amores:

Amoribus furores.

Huc crudelitas, huc Tyrannis, huc minæ abscondamini, signum  
ubi dederò, præuntem sequamini.

*Anima Christiana.* Juvat, juvat aura frui teneriore, & illa captivarur  
urbium liberiore, juvat autumni divitias gustare, inter hortu  
hujus delicias ambulare, fortunam undique propitiam adorare

*A R I A.*

Hi Zephyri molles,

Hi lapsus castarum

Frigiduli colles,

Perennes aquarum,

Et gemmei rores,

Quod mea fors duret,

Odores,

Et juret

Quam rapiunt, recreant me! Sestabilem, vadem dant se.

*Idololat.* Erumpite sociæ, malè securas circumdate! aut mactat  
profanas impias; aut spoliare.

*Anima Christ.* Quid hoc portenti, ô Cœli Providentia! quis turba  
hæc gaudia, pia, innocentia?

*Idololat.* Turbat Idolatria; aut defleste à Christiadum via, F  
dem insidam comitem desere, ejura, aut cum tuis experientia  
spera, & dura. Hic stans delibera.

*Anima.* Infelix optio! & quod configio? quid in hoc turbido jar  
statuo? *Arieta.* Hic stans delibero: fidem si deserio; perdi  
æternas, O Superi! Spes: Hic stans delibero; fidem nî de  
sero, perdo tot partas laboribus res.

*Fides.* Rem ipsa dixisti, dum mansurorum meministi; . . . . quid su  
spensa deliberas? . . . . an tanti nugas nugarum æstimabis

*A R I A.*

Ut bullæ vanescunt aquosæ,

Sic solent libertas, honores,

Ut cadunt ad Hesperum rosæ,

Sic opes, sic fama, favores

Ut auris soleinne, mutari,

Post tenuem moram nutare

Et undis perenne, jactari

Momento excussi labare

per mare:

aut stare

*Idololat.* Statue, si quid statuiss, ne forte ipsa id eligam, quo  
amittere nolueris.

*nima.* Sit ergo ; habe tibi Famam , habe meos Amores, Fortunam , Gratias , Honores.

*rtuna.* Sic male de te merui , quam tot opibus cumulavi ?

*onor.* Sic me despicias , cui ad summos apices viam ego stravi ?

*olat.* Vel gemitus , vel iracundias nil profuturas omittite , migrate , & suam stolidæ animæ Fidem date.

*nima.* Sic destituor , sic exspolior ! heu me ! sed enim confido in te.

O fides , O chara, dilecta ! Ut parcam tot mala timere ,  
Sim tecum misella, despecta , Tu nudam, egenam tuere ,  
Non tamen, non deseram te. Si amo te, ama & me.

*des.* O Anima ! tantisper patiendum , ut diu & securè gaudendum . Nunc à finibus terra ad illum clamamus , quem amamus : nunc facie velata ; mox revelata videbimus , exultabimus . Tu confide vel sola in Fide .

*A R I A.*

Non cessa sperare : Post brumæ rigorem  
Labatur in mare , Et hortus hic florem  
Redibit argenteus fons ; Resumet, & gratiam mons .

*A C T U S I.*

Titus minis tentatur ,

An Ticum setzt der König Tayndono mit Betrohungen .

*I.* Titus ex Sangamidono Palatinorum Principe & olim Christiano inteligit adventum Regis ,  
titus vernehmet von Sangamidono dem vornehmsten her Hoff / und vormahls  
einem Christen / daß der König würcklich ankomme /

*II.* Multa minantis , Welcher auch ihme ( Tiro ) viles androhet ;

*III.* Quæ tamen omnia Marinæ Conjugi celari studet :

Dßß er doch Marinæ seiner Gemahlin will verborgen halten :

*IV.* Constantia Mariti , ne vacillet , timenti ,

Die sehr sorgfältig ist / ob er in dem Glauben standhaftig seyn werde ,

*V.* Nec sine causa ; dum Filium Matthæum à Patre torqueri videt .  
Id dem Schein nach nit umsonst ; indem sie sehen muß / wie der jüngere Sohn  
Matthæus von seinem eignen Vatter Christum zu verlassen / gepeinigt werde .

*CHO-*

## CHORUS I.

Abraham, compositis cum Abimelech Rege, ad puteum jure  
menti, rebus, per Angelum DEI maximi internuntium jubetu  
filium Isaac immolare.

Abraham / nachdem er mit dem König Abimelech auf dem Gel  
Bersabée einige Streitigkeiten ausgemacht / erhalten durch einen Eng  
von Gott Befehl / seinen einzigen Sohn Isaac zu schlachten.

*Angelus.* Dormit altius infelix Senecio, cui tristis è cælo nuntiu  
venio. ô vota hominum improvida, inconsulta! filium cupieba  
Abraham prece multa; sed quem tot annis poposcit, & ob  
tinuit, jam DEUS reposcit.

### ARIAS.

Quem calidis votis optâsti, Lex DEI si dura, amara,  
Quem tenerè, blandè amâsti, Confide, in sterili Sara,  
Jam tolle, jam cæde, combure, (Sit tecum albente senecta  
Vim face amori, naturæ, tot curis, quot anis confecta  
Si Pater credentium es. Est sobolis altera spes.

Abraham! Abraham! Abraham. Ecce! ego adsum. Angel. Toll  
filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram vi  
sionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium  
quem monstravero tibi. Abrab. Tolle filium tuum unigenitum  
quem diligis Isaac! ah! novum mandatum, inexspectatum  
Isaac, quem teste cælo diligo, hunc ego immolo!

### ARIAS.

Hæne illæ Sic, ô DEUS,  
Centum mille, Dudum meus,  
Altæ, bellæ Me odisti,  
Cæli stellæ, Occidisti,  
Quis æquâsti meos, me? Sic mutâsti tua, te?

Sed enim voci magni Numinis obediendum, & quo in viam opus est  
tempestivè disponendum. Heus Fili mi Isaac! evigila; satis indul  
tum quieti, somnum boni juvenes excutite, quæ dicam, animi  
accipite. Isaac. Ad tua, Pater! obsequia. Nachor. Germane im  
pera. Abrab. Adfuit mihi à mea juventute in omnibus DEUS  
opti

optimus; *Enunc ecce Abimelech septem agnas accepit de manu mea,*  
*ut sint mihi in testimonium, quoniām istum ego fodi puteum.* Fecilius  
pepigitimus in conspectu Domini: tibi vendicavi, fili mi! hæc paf-  
cua, & tuo semini. *Isaac.* Agnosco beneficium, amplector pa-  
ternū animūm.

A R I A.

ot tibi, Pater, gratiæ,  
Quot in prato Bersabée  
Albæ boves, oves meæ  
Lactis stillis  
Foota tendunt ubera:  
Tot tibi, Pater, gratiæ,  
Quot tenellæ hic agnellæ,  
Quotquot capri, quot capellæ  
Sua villis  
Crispant, augent vellera.

*Abrah.* Ob tot & tanta Bona, debemus D E O maximo sua mutuis  
obsequiis dona. Ibimus, fili mi, ut adoremus, & pinguem  
hostiam immolemus. Ibimus in montem excelsum, in quo fla-  
minem & victimam cominùs videat ex cælo Dominus. *Vos*  
comites estote, ligna ad holocaustum cæditote.

A R I A.

Ut aquis plantulæ  
Nascentes sylvulæ,  
Fili, pubescunt;  
Sic fuso sanguine  
Insontis hostiæ,  
Cæli mitescunt.

A C T U S II.

Et suorum jacturâ; Und Verlurst der Seinigen;

*Scena I.* Sangamidonum spebus suis ferocem circumveniunt Aulici Christiani;  
Sangamidonum, der sich (unwissend / daß jemand zuhöre) zu weith herauß lässt /  
thuen die Christliche Hoff-Herren noch näher in Gefahr bringen;

*Scena II.* Quod dum Marinæ nuntiatum eunt, nova mariti crudelitate attoni-  
tam vident.

Welches da sie Ma:inxæ hinderbringen wollen / treffen sie selbe / wegen abermahligen  
grausamen Versahren ihres Ehe-Herrens / ganz bestürzet an.

*Scena III.* Titus in Aulam dimittit Simonem, quem presso pede mater ed sequitur;  
Titus entlässt seinen älteren Sohn nachr Hoff / deme auch Marina seine Mutter  
folget;

*Scena IV.* Utrumque Tayndono frustra solicitatos mori jubet,  
Der König / weilen beyde in dem Glauben beharren / verdammet sie zum Todt/

*Scena V.* Redeunte paulatim in persecutionis potissimum authorem malo;

Da entzwoischen Sangamidono, der diser Verfolgung meistenthalts Urheber ware,  
ben dem König in Verdacht kommt.

CHO.

## CHORUS II.

Abraham Isaacum immolaturus, filii loco jubetur arietem cädere.  
Da Abraham seinen Sohn Isaac würcklich opfferen will / lasset sich de  
Himmel mit einem Schaf-Widder vergnügen.

Abraham. Subsistite, Sionis & Golgothæ clivos videmus, locum  
Domino ostensum tenemus, eodem auspice mandata faciemus  
vos ligna, quæ ad holocaustum sufficient, à jumento solvite  
in montem ascendite, cuncta disponite . . . Heu! in quas m  
angustias hic dies conjicit, dum hunc montem oculis subjicit  
Tene fili, mea lux, mea vita, hac manu occidam? in holocau  
stum concidam? quid dicam conjugi, imbutus sanguine filii?

A R I A

Si specto, bone Domine!  
Isaacum quod donasti,  
Hoc uno satis nomine  
Fit æquum, quod mandasti.  
Sed ah! si memet consulo,  
Jam nolo, quod volebam,  
Jam pugno tecum denuo,  
Et volo, quod nolebam.

Isaac. Parata sunt omnia: sed ubi, quæso, holocausti est victimæ? ho  
in deserto, ubi nihil nisi immanes scopuli, quid placitum offe  
res Numini? Abrab. Deus dabit victimam fili mi! pone solici  
tudinem; tu ipse . . . quid dico? Isaac. Quid haeres Ge  
nitor? cur loqueris attonito similis? totum, quod volebas  
edissere. Abrab. Fies ipse. Isaac. Cœlo victimæ? Abrab. Ti  
ipse, nihil dubita. Sic Numini placitum maximo, submitt  
caput obsequio. Isaac. Parce metu Abrahame (jam non Pa  
trem, sed Sacerdotem placet appellare) incedo me major, sus  
tollente lætitia, quia cadam Dei iussu, & tua dextera.

A R I A.

Ô dies beata!  
Dilata  
Cor meum te,  
Spatium gaudius da,

Mandato superno  
Paterno  
Submitto me;  
Domini nutibus sta.

B

Abrab.

*Abrah.* Sic places mi Isaace. *Isaac.* En! paro viam vulneri , tu,  
quod jussit Dominus, sine mora face. *Abrah.* Tibi libo hunc  
sanguinem, Domine! tu ex alto cæli habitaculo & flamman &  
victimam aspice. *Angelus.* *Abraham!* *Abraham!* *Abrah.* Ad-  
sum. *Angel.* Non extendas manum tuam super puerum, neque facias  
illi quidquam: nunc cognovi, quia times DEUM, & non pepercisti  
unigenito filio tuo propter me, dicit Dominus. -- Ecce tibi suc-  
cidaneam Isaaco hostiam, arietem; hujus expete sanguinem.  
*Abrah.* Obedio, Domine! *Isaac.* Adoremus proni Angelum  
Domini. *Ang.* Maete felix Senecio, & tua virtute, & tanto  
filio: pacti, quod tecum inuit, DEUM non poenituit.

A.R.I.A.

**Abrah.** Discessit Angelus. **Isaace** mihi salve. Juvat amplecti pignus meum, quod de novo mihi genui secundum DEUM. **Isaac.** Salve Genitor! vivit DEUS tuus, meus, qui a portis salvat mortis, quos amantes sui fecit. **Abrah.** Adeste, famuli! **Isaac.** Gratias tino ore agamus Numini. **Abrah.** Hic titulus in signum manebit: *in monte Dominus videbit.*

## CHORUS.

Hoc in monte Dominus  
servos suos comis  
Et vidit, & videbit:  
Donec ragent sidera  
Aca, Sion, Moria,  
Hic titulus manebit.

## A C T U S III.

Eventu minime sperato.  
Mit einem unerwarteten Ausgang.

cena I. Titus, intellecta Conjugis nece in Aulam festinat,  
Titus, nachdem er den Todt seiner Gemahlin vernommen / eilet nacher Hoff/  
cena II. Quô Sangamidono Christianos etiam Proceres vocat.  
Wohin Sangamidono auch die Christliche Hoff-Herren berüffet.  
cena III. Frustra foun Amidan pro Sangamidonii felicitate deprecantur Bonzii,  
deu Popx ; nam Umb.

Umbsonken bittet die Psaffen ihren Gott Amida ums Glück und Wohlschafft San-  
gantidoni ; dann

Scena IV. Hic à fide transfuga multatatur exilio ;

Dieser abtrinnige Christ wird in das Elend verwiesen;

Scena V. Tunc, quæ armis putaverat, recuperantis, Constantia in fide laudatur.

Tunc hingegen Beständigkeit in dem Glauben / mit deinem / was er für verlorenen hielt/  
beehret.

## E P I L O G U S.

Idololatria Christianæ animæ restituit omnia.

Die Abgötterey stellet der Christlichen Seele alles zurück.

*Idololatria.* Respira post labores anima, transit ferox tempestas;  
rursum accipe, quos hinc tuleram, Amores, Fortunas, Ho-  
nores: algeat Virtus cæcis, dum laudatur hodie, &c. vel ab  
hoste probatur.

A R I A.

In lucem, esto, bella

Nox gerat,

Late ferat

Cælo, terraque gravis:

Emergit tamen stella,

Laudatur,

Et probatur

Vel hosti chara, suavis.

*Fides.* Habes iterum per fidem, quæ perdita putaveras, jamjam-  
que deprioravera.

A R I A.

Ita post turbida

Lurida, nubila,

Redit amoenior dies:

Ita post murmura,

Fulgura, fulmina,

Cœlo secura est quies.

Vos interim Trophæum erigit, triumphanti in Fide Constantiæ  
applaudite. *Anima.* Chara Fides, quam me beasti! DEUS  
optime, quo voluptatis torrente potasti!

A R I A.

Hac in sorte,

Nocte, Morte,

Si in suos

Tot labuntur

Pando Cœlo gratiæ;

Quid in die,

Deus pie!

Manet tuos

Quæ dabuntur

Revelata facie!

SYL-

# SYLLABUS PERSONARUM MUSICARUM.

Modulos Musicos composuit Prænobilis, ac Spectatissimus Dominus Petrus Lapiér, Sereniss. Electoris Bavariae Organœdus Cameræ Primarius.

**A** Dr. Reverend. ac Eximius D. Anton. Nonnosus Ableuthner, SS. Theol. & SS. Can. Candid. Bassista Aulicus, & Eccles. Cathedr. Chori-Regens, Abram. Archi-Flamen.

Multum Reverend., ac Doctissimus D. Antonius Schäffler, SS. Theol. & SS. Canon. Studiosus, Tenorista Aulicus. Idololatria. Flamen.

Josephus Reindl, Rhetor. Nobar.

Maximilianus Hack, Syntax. in Prologo Fides. Iohannes.

Ignatius Riedl, Syntax. Honor. in Epi-  
logo Fides.

Joannes Udalricus Keineder, ex Semi-  
nario Weichenstephanensi, Gram-  
matist. Anima Christiana.

Georgius Vogl, ex Capella, Principista.  
Angelus.

Josephus Burger, ex Seminario Wei-  
chenstephan., Principist. Fortuna.

Accedit Chorus Pastorum &c.

## A C T O R U M .

Illusterrimus, ac Generofiss. D. Fran-  
ciscus, S. R. I. Comes de Königfeld,  
in Zaiz, & Pfäichhoven, Eccles. Ca-  
thedr. Ratisbonensi. Canonicus. Simon,  
natu major, Titi filius.

Prænobilis Joann. Anton. Carolus, Cle-  
mens, Jos. Julius, S. R. I. Eques, &  
Nobilis de Fraporta, Principist. Ma-  
ttheus, natu minor, Titi filius.

Adm. Reverend. ac Eximius D. Michael  
Riedl, SS. Theol. & SS. Can. Cand.  
Eccles. Cathedr. Chori. Vicarius &c.  
Taindono Rex Bungi.

Adm. Reverend. ac Eximius D. Bernar-  
dus Sigismundus Keller, SS. Theol.  
& SS. Canon. Cand., p. t. Coope-  
rator in Schwaben. Titus.

Multum Reverend., ac Doctissimus D.  
Sylvester Hueber, Ss. Theol. & SS.  
Canon. Studiosus. Sangamidono Auli-  
corum Princeps, ex Christiano iterum  
Idololatra.

Ornatiss., ac Doctiss. D. Georgius Hin-  
dermayr, AA. LL. & Phil. Studiosus,  
Ambrosius, &

Antonius Benedictus Demelmayr, Rhe-  
tor. Franciscus, uterque Aulici clam  
Christiani.

Franciscus Adamus Pfattisch, Humanist.  
Marina.

Bonzios, seu Sacerdotes Japonum, Ar-  
migeros, &c. Scena dabit,

U. I. O. G. D.